INCIPIT EPLA AD ANGELUM ...

INCIPIT EPL(ISTU)LA AD HAT(H)IO SVRA (?)

SCRIPTE ECL(ESI)E IN LIBRO II

Angelo Zmirne ecl(esi)e scribe.

Zmirne quod est cantic(u)m eor(um) qui pulcre confessi sunt catholicum veritatem, hi loquitur scr(iptur)a dicens.

Hec dicit primus et novissimus qui fuit mortuus et vivit. Scio tribulationem tuam et pauperiem sed dives es.

Consolatur opera ecl(esi)e sue, quod primum eius tribulationes contendit ad regnum. Pauperiem electionem prefert, quod potentia presentium contemnit, ut futurum mereatur. Sed dives es.

Habundans fide et gratiarum ubertate completur. Ille est scilicet humilis qui dominicum servat eloquium quod dicit: Beati pauperes sp(iritu).

Qui sp(iritu) suo pauper est, d(e)i sp(iritu) dives est. Hunc qui sp(iritu) suo dives est, fluctu quodam elationis inflatus vanus est. Sciendum vero est quia graviores culpe sunt que sub specie virtutis latitant. Quia ille qui se in superbiam cognoverit animum, in confusione delinquit, et quid in penitentiam curruit.

His autem vero non solum in penitentiam non humiliantur, sed etiam merita operationis elevantur dum virtutes putantur. Ecl(esi)e pertinet de his eius dicit. Et blasfemaris ab his qui se dicunt Iudeos esse et non sunt, sed sunt sinagoga satane.

Multam contumeliam ecl(esi)a ab his sepe sustinet qui

Photo. J. Pierpont Morgan Library. Exped. Walter W. S. Cook. 1926.

© 2011 Ministerio de Cultura